b) Comentarii Hieronymi Comitis Alexandrini de acerrimo, ac omnium difficillimo Turcarum bello in Insulam Melitam gesto, ann. 1565. Addita singulorum locorum interualla – c. ind. Norib. Excud. Vlr. Neuber. et Theodor. Gerlatzen. 1566. – Insulae Melitae descriptio ex commentariis rerum quotidianarum. F. Ioan. Quintini Hedui ad Sophum. 1566.

c) Chronologia Historiae Herodoti et Thucydidis, recognita – Dau. Chytraeus. Rostoch. 1569.

Volumen, cuius singulae partes, e quibus compositum, non optime solum seruatae, sed etiam in rariorum numero ponendae, inprimis, quod ad Chytraei scriptionem, cuius recentior editio Helmst. 1585. ab Osmont. Tom. I. pag. 192. eoque duce in Cat. librr. rarr. uniu.

Supplem. Tom. I. pag. 361. inter libros perraros legitur relata. E quo patescit, quidnam de antiquiori statuendum, quae ibidem, fortasse ob eximiam eius raritatem, omnino desideratur.

6369. SS. Concilium Tridentinum – ex ult. recognitione Ioa. Gallemart – Colon. Agripp. 1700.

Optimae et copiosissimae editionis, quae saepius typis iterata extat, exemplum optime seruatum. Recentior indicatur, nimir. ann. 1712, in Cat. Bibl. Rinq. pag. 26. nr. 259. Aliae editt. in Bibl. Schalbruchiana. Amst. 1723. inter libb. theolog. pag. 23. nr. 266. — De hac nostra in primis uidendus Ioa. Fabricius in Hist. Bibl. Fabr. P. VI. pag. 213. nr. LII. ubi dicitur reformata editio et supra omnes superiores gallicas et belgicas locupletata —

6370. Lettres et Memoires de François de Vargas, de Pierre de Malvenda, et de quelques Evêques d'Espagne touchant le Concile de Trente. Traduits de l'Espagnol, avec des Remarques, par Mr. Michel le Vassor. a Amsterd. 1699.

Exemplum libri raro obuii elegans. Latine quoque uersus extat hicce liber, Brunsuig. 1704. quatern. editus, quem rariorem pronuntiat Cat. libb. rarr. uniuers. Tom. IV. pag. 233. duce Bibl. Solger. Tom. II. pag. 113. de nostra silet. Ceterum de nostra in primis conferendus Ioa. Fabricius in Hist. Bibl. Fabr. P. VI. pag. 218. nr. LIII. ubi multa ac uaria, scitu obseruatuque dignissima.

6371. a) Andr. Riueti Critici Sacri Libri IV. c. tractat. de Patrum autoritate. Ed. quarta. Geneu. 1642.

Vid. infra Cat. nostri nr. 6403. lit. c. not. substr. ubi recentioris edit. mentio iniecta.

b) Suma Conciliorum a R. P. Barthol. Caranza collecta – nunc Franc. Syluii additt. illustr. et aucta. Iuxta exemplar Duaci excus. 1659.

Bina exempla non negligendorum libellorum optime seruata. Quod ad priorem legendus b. Walchius in

Bibl. Patrist. pag. 210. sq. Quod ad posteriorem, conferend. idem Walch. in Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 869. sq.

6372. Le Bureau du Concile de Trente – diuisé en V. livres – Par Innocent Gentillet. 1586.

Ob raritatem laudatur haec libelli eximii editio, cuius exemplum optime seruatum omninoque purum, in Cat. Suuindel. pag. 419. et ex illo in Cat. libb. rarr. uniu. Supplem. Tom. III. pag. 93. ubi tamen ex typothetae errore expressus ann. 1556. mutandus in eum, quem nos indicauimus. Ab antiquioris possessoris erudita manu statim ab opusculi initio adscriptus inuenitur locus ille insignis ex epist. 55. Gregorii Nazianzeni desumtus, quo Episcopus ille eximius et candidus candide atque ingenue profitetur, quidnam, multifaria edoctus experientia, de omnibus Episcoporum conuentibus sentiat, quibusue de causis istos fugiendos existimet —

6373. Cl. V. Ioach. Camerarii historica narratio de Fratrum orthodoxorum ecclesiis – Bohemia, Morauia et Polonia – nunc primum edita. Access. et alia – ex Biblioth. Ludou. Camerarii IC. Heidelb. typ. Voegel. s. ann.

E sententia testium satis locupletium, nimir. Vogt. pag. 165. Baumgart. Nachr. von einer hall. Bibl. Voll. II. pag. 115. Gerdesii in Florileg. pag. 46. Freytagii in Analect. pag. 187. referendus hicce libellus inter perraros. Vid. Cat. libb. rarr. uniuers. Tom. I. pag. 177. Add. inpr. b. Walchii Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 262. sq. ubi h. libelli aurei argumentum adcurate indicatum legitur, obseruatione adiecta: Camerarii historiam eleganter scriptam tradere non pauca lectione dignissima.

6374. Actiones duae Secretarii Pauli Papae h. nom. IIII. Quarum altera disputat an Concil. Tridentin. sit instaurandum. Alt. vero an ui et armis Decreta ipsius Concilii possit Protestantibus imperare. Access. tertia, qua utrunque caput complectitur

definit, Concilium non posse instaurari rel. In fin. Coruinus Pfortzheimiae excud. 1559.

Iterata h. libelli editio Ann. 1607. octon. dicitur scriptum satyricum raritatis insignis Freytagio in Adpar. Tom. III. pag. 532. Exemplum hoc nosrum, quod primam dubio procul exhibet, nonne magis adhuc ab eximia eius raritate commendari meretur?

6375. Caroli M. Imp. et Synodi Paris. sub Ludouico Pio Caroli M. Fil. scripta; de Imaginibus. Edita ad fidem Vetustiss. Exemplarium Ioa. Tilii Episc. Meldens. et P. Pithoei ICs. Paris. – Add. Paulini Aquileiens. Episcopi aduers. Felicem Vrgelitanum et Eliphandum Toletanum Episcopos libellus.

Infrequentis admodum editionis exemplum optime seruatum purissimaeque conditionis, cuius in titulo expressa prioris possessoris, b. Ern. Sal. Cypriani, cernitur manus, una cum obseruatione, ab eod. literatissimo Viro adiecta, — de hoc libro uid. Pagi Critica in Annales Baronii ann. 825. nr. 2. — Editio nostra sine dubio repetita. De eiusd. raritate quidnam statuendum, satis exinde patere uidetur, quod in Bibl. Menq. pag. 290. ea, quae prodiit Francof. 1596. octon. nota raritatis insignita legitur, (et haec est eadem nostra, quamquam titulo operis hicce annus expressus non reperitur, at legitur in titulo descriptionis Synodi Parisiensis sub operis finem additae. De eiusd. edit. raritate testatur quoque Cat. libb. rarr. uniu. Supplem. Tom. I. pag. 311.

6376. a) S. Magnum Ephesinum Concilium ex IV. primis generalibus Conciliis ordine tertium, nunquam antea typis editum. Ex biblioth. Anton. Contii. Paris. 1574.

Exemplum operis satis infrequentis omnino purum.

b) Apologia pro Christianis Gallis religionis euangel. s. reformatae. Auth. Innocent. Gentilleto. Postr. edit. Excud. Iac. Stoer 1588.

In Bibl. Salthen. eaque duce in Cat. libb. rarr. uniuers. Supplem. Tom. II. pag. 105. libri rari nomine

haecce Apologia atque haec huius editio laudata legitur. — Exemplum non omnino purum, sed multis subnotationibus instructum cernitur.

6377. Epitome Historiae Ecclesiasticae – ex praecipuis Scrippt. Eccles. collecta op. Ioh. Pappi. Ed. sec. Argent. 1596.

6378. Specimen Orientalis Ecclesiae ab origine ad Concilium Nicaenum primum – auth. Io. Bapt. Salerni. Rom. 1702.

Opusculum nostris certe in oris insigniter rarum, optime habitum, elegantibus typis iisque maioribus exscriptum. Quod ad argumentum, autor copiosissimus in hoc, ut demonstret, in Orientali ecclesia et secundum eius sententiam Primatum nemini alii deberi quam Apostolo Paulo rel.

6379. Libri IV. de Conciliis – scripti a Salom. Gesnero. Witeb. 1600.

6380. a) Ex Actis Concilii Tridentini Christian. Principum ad S. Concilium Trident. literae et mandata. Legatorum Orationes una c. Synodi responsionibus. Colon. 1565.

b) De bonis operibus positiones contra quasdam praestigias. D. Ioh. Wigand. Et Argumenta M. Ioach. Westphali. Ann. 1568.

c) Colloquium Iesuiticum, toti orbi christ. ad recte cognoscendum Iesuitarum religionem utilissimum – Christian. Francken auctore. Adiect. epistola Paul. Albutii ad Iesuitas. Basil. 1581.

Conlectio opusculorum rarissimorum, quorum singula exempla optime seruata.

6381. a) Catalogus breuis praecipuorum Conciliorum oecumenicorum et nationalium – aut. Nicol. Selneccero. Francof. ad Moen. 1571.

b) Nic. Selnecceri analectus de praecipuis doctrinae christ. capitibus, quae ab aduersariis corrumpuntur. Ibid. eod.

c) Demonstratio indubitatae ueritatis de Dom. Iesu, uero Deo et uero homine, uno Christo – aut. Nic. Hemmingo. Ann. 1571.

Conlectio scriptionum optimae notae, cuius exempla singula optime habita inueniuntur. — Selnecceri et Hemmingii scripta apud Bibliographos raritatis asterisco notata deprehenduntur.

6382. Historia certaminum inter Rom. Episcopos et sextam Carthaginensem Synodum, Africanasque Ecclesias, de primatu s. potestate Papae, ex authenticis monumentis collecta – aut. Matth. Flacio Illyrico. Basil.

Hoc scriptum Flacianum inter rarissima referendum, quamquam in Cat. libb. rarr. uniuers. omissum — In fin. Praefat. subscriptum legitur Magdeburgi, Calend. Martii 1554. Exemplum bene satis constitutum.

6383. Ioa. Halesii Historia Concilii Dordraceni. Ioa. Laur. Moshemius ex angl. lat. uertit – obseruatt. et uita Halesii auxit – Hamb. 1724.

De libello hoc uere aureo uideatur b. Walchii Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 850. atque autt. in not. ** laudati, ubi breuiter quidem, at adcurate satis descriptus.

6384. Spicilegium SS. Patrum, ut et Haereticorum Sec. post Chr. nat. I. II. et III. – illustrauit Ioa. Ernest. Grabius. Tom. I. ed. sec. Oxoniae. 1700. – Eiusd. Spicilegii Vol. II. Seculi II. Tom. I. ibid. eod.

Exemplum operis merito aestumati bene maximam partem seruatum, nisi quod huius uariae plagulae penitus fere flauae reperiuntur. De opere ipso eiusque uariis editt. uid. b. Walchii Bibl. Patrist. pag. 126. sq. ubi et obseruatum, b. Grabium de fide et autoritate quorumdam monimentorum non adcurate uereque iudicasse, et pro genuinis uenditasse interdum, quae sint adulterina. — Ceterum de praestantia libri ac raritate testatur Cat. libb. rarr. uniuers. Tom. II. pag. 47. Editio recentior prodiit ann. 1714. ibid.

6385. Ioh. Clerici unpartheyische Beschreibung einiger Kirchen-Väter und Ketzer – aus dessen Bibliotheque universelle ins Teutsche übers. nebst Vorr. Thomasii. Halle im Magdeb. 1721.

Liber lectione omnino dignus dicitur b. Walchio in Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 479.

6386. Historia Haereticorum et Haeresum – authore F. Francisc. van Ranst. Venet. 1720.

Exemplum libelli, cui insunt mala mixta bonis, erronea ueris, quique a nostrae Professionis hominibus, quoniam autor Romano-Catholicorum partes sequitur, hac de causa neutiquam omnino spernendus uidetur, a raritateque etiam commendationem meretur, omnino seruatum optime. — De Luthero, Melanchthone, Matthia Flacco Illyrico, Nicol. Amsdorphio, Georg. Majore, Ioa. Agricola, Andr. Osiandro, aliis — de eorum placitis, scriptis, moribus agitur ab autore sic, ut horum omnium historiam bene adcurateque nosse uideatur, at ab partium suarum studio se occupatum non modo, sed et occoecatum se demonstret. Vid. pag. 305—18. ut paucula tantum ad nostram sententiam probandam lectoribus illustrandamque proferamus. De reliquis idem statuendum lectori harum rerum gnaro propria cognitione patescet.

6387. a) M. Paul. Stockmanni Elucidarius Haeresium, Schismatum rel. quae post nat. Chr. exorta uiguerunt – ordine alphabetico concinnatus c. epist. D. Val. Alberti. Lips. 1692.

b) Henr. Alting Historiae sacrae et profanae compendium. Acc. Ioh. Henr. Suiceri Historiae Eccles. N. T. chronologica delineatio. Tiguri 1691.

6388. a) Acta Romanorum Pontificum a dispersione discipulorum Christi usque ad tempora Pauli IV. – ex Ioa. Balei Sudoulgii Angli maiore Catalogo Anglicorum scriptorum desumpta et in tres classes, libros uero septem diuisa – Ann. 1559.

Vid. Cat. libb rarr. uniuers. Tom. I. pag. 4.

b) Regnum Papisticum: postremo recognitum et auctum – distinctum in libb. quatuor. Thom. Naogeorgo autore 1559. m. Septembri.

Libri rarissimi editio perrara dicitur Vogtio pag. 482. ubi tamen editio ann. 53. laudata — Bunemanno pag. 114.

Gordesio in Florileg. pag. 258. denique horum ductu atque autoritate etiam autori Cat. librr. rarr. uniuers. Tom. III. pag. 108. 9. De Naogeorgi uita et scriptis omnino legend. b. am Ende in b. Strobelii Miscell. Tom. III. pag. 109—154. In pr. pag. 134. sqq.

c) Aeglogae septem lepidissimae - in quibus Papistici regni αρτολατριαν, auaritiam, libidines - descriptas uidebis. Auth. Mensone Koppio Eurothalassio. Norib. 1560.

Raritatis nota insigniendus libellus.

d) Dauidis Georgii Holandi Haeresiarchae uita et doctrina - per Rectorem et Academiam Basilien. - conscripta. Witeb. 1559.

Libellus admodum infrequens. Ceterum obseruandum, singula exempla in hoc Volumine contenta omnia optimae esse conditionis, omninoque pura.

6389 - 98. Haereticorum Catalogus. Conr. Schlüsselburgii - omnium nostri Seculi Haereticorum index, aliquot libris comprehensus Liber I. Francof. 1597. Lib. II. ibid. eod. Lib. III. ibid. eod. Lib. IV. ibid. eod. Lib. V. ibid. 1598. Lib. VI. ibid. eod. Lib. VII. ibid. 1599. Lib. VIII. ibid. eod. Lib. IX. ibid. eod. Lib. X. ibid. eod. Lib. XI. ibid. eod. Lib. XII. ibid. eod. Lib. XIII. et ultimus ibid. eod. Voll. X.

Liber insignis raritatis. De hoc obiter tantum b. Walchius in egregio opere Bibl. theol. select. Tom. I. pag. 649. it. Tom. III. pag. 754. remittens lectores ad aliud opus prorsus eximium, quod idem Walch. de controuersiis ecclesiae nostrae domesticis magno studio multaque adcuratione elaborauit, cuiusque editio altera prodiit Ien. 1733—39. octon. Voll. V. legendum cuique, qui his de rebus adcuratam copiosamque sibi notitiam adquirendam cupit. Quibuscum cohaerent aliae quinque Partes, in quibus b. autor, de Ecclesia meritissimus, de controuersiis extra ecclesiam nostram gestis, ibid. eademque forma typis mandatae, quibus idem pretium statuendum, quod prioribus a nobis laudatis. — De raritate operis

praesertim integri, testes laudamus Gerdes. in Floerileg. pag. 315. et aut. Cat. libb. rarr. uniuers. Tom. IV. pag. 43.

6399. Acta Martyrum eorum, qui h. Seculo in Gallia, Germania, Anglia – Euangelium sanguine suo obsignarunt ab Wicleffo et Husso ad hunc usque diem – ap. Io. Crispinum ann. 1556.

Exemplum libri, duabus constantis partibus, elegantis ac admodum rari, neutiquam purum, multis potius subnotatis instructum. E monumento, ab Joa. Crispino b. autori ab initio operis erecto, patet, eum nomine Ioa. Tagautii usum fuisse.

6400. Paul. Orosii Presb. Hisp. aduersus Paganos Historiarum libri VII. c. annotatt. Franc. Fabricii. Colon. 1574.

De Orosio huiusque scriptionum uariis editt., et optima in primis, quae est Sigebert. Hauercampi, Lugd. Bat. 1738. quatern. in lucem data uid. ll. Meusel. Bibl. hist. Vol. I. P. I. pag. 59. sq.

6401. Kurz-gefaſste Kirchen-Historie der Böhmischen Brüder, wie solche Ioh. Amos Comenius – nebst einem Glaubens-Bekänntniſs – etlichen Briefen und der Kirchen-Ordnung derselben – ins Teutsche übersetzet, auch mit nützl. Anmerckungen und Register versehen. Schwab. 1739.

– Melanchthonis epistola ad Fratres Bohemos data legitur hac in tralatione pag. 462. Sunt et alia lectu omnino digna. — Exemplum nostrum adeo integrae conditionis, ut omni careat sectura.

6402. Vnterricht in der Kirchen-Historie A. und N. Testaments bis aufs Iahr 1710 von Christ. Iuncker. Hamb. u. Leipz. 1710.

6403. a) M. Paul. Stockmanni Elucidarius Haeresium etc. c. D. Val. Alberti epistola in commendationem opusculi praemissa. Lips. 1692.

b) Petr. Dan. Huetii de interpretatione libri duo Ed. altera emendat. Stadae 1680.

Libellus optimae frugis, cuius lectio adcurata, etiam Theologo, eique in primis, ob sermonis elegantiam, re-

rum uarietatem ac copiam cum maxime commendanda, — Editio elegantior prodiit Hag. Comit. ann. 1683. octon. minor.

c) Andr. Riueti, Critici Sacri Libri IV. Ed. 4. aucta emendata. Geneu. 1660.

Vid. b. Walchii Bibl. Patrist. Ien. 1770. octon. pag. 210. sq. repetit. in eiusd. Opp. theol. Tom. II. pag. 1041.

d) Chartophylax ecclesiasticus – stud. et lab. Guil. Caue. Cum Paralipom. Paul. Colomesii. Lips. 1687.

Huius libri utilissimi adcurata notitia literaria suppeditata inuenitur in b. Walchii Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 392. nr. II.

6404. Syntagma historiarum ecclesiae omnium – Aut. M. Ioa. Micraelio Stetin. 1630. – Syntagma historiarum mundi omnium – concinnatum a Ioh. Micraelio. Ibid. 1628.

De priori Syntagmate uidend. b. Walchius in Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 51. ubi haec nostra dicitur prima h. libri editio. — De posteriori neutiquam fauens legitur sententia in ill. Meusel. Bibl. hist. Vol. I. P. I, pag. 189. 90.

6405. 6. Le Passe-par tout de l'Eglise Romaine, der Dietrich, dessen sich die Röm. Kirche an statt der Schlüssel Petri bedienet, oder die Betrügereyen derer Pfaffen und Mönche in Spanien beschrieben von Anton. Gavin. Aus dem Engl. ins Teutsche übers. Cöln am Rhein 1728. Tom. II. ibid. eod. Tom. III. ibid. eod. (cui addita in fine dissertatio Io. Christoph. Wagenseilii de Iohaña Papissa tralata e sermone lat. in teutonicum.) Tom. IV. ibid. 1729. Tom. V. ibid. eod. qui duo ultimi Tomi imposturas Sacerdotum ac Monachorum in Italia exercitas enarrant, quorumue tituli autorem profitentur Gabriel. d'Emilliane. Voll. II.

6407. Bienenkorb des Heil. Röm. Immenschwarms – samt Läuterung der H. Röm. Kirchen Honigwaben – durch Iesuwalt Pickhart. 1588.

Constat VII. Partibus, quarum singulae iterum in uaria capita diuisae adparent. De raritate uariarum h.

libelli

libelli editt. testatur Cat. libb. rarr. uniuers. Tom. III. pag. 204.

6408. Ioh. G. Schelhorns histor. Nachricht vom Vrsprung, Fortgang und Schicksale der Evangel. Religion in den Salzburg. Landen – beygef. D. Aug. Friedr. Müllers acad. Abhandl. von dem Auszuge der Inwohner eines Landes, der Religion halber. Aus dem Lat. Leipz. 1732.

Exemplum optime seruatum, cui et alia, ad idem argumentum pertinentia, sunt adpacta.

6409. 10. Das Neueste von denen Saltzburgischen Emigrations – Actis. St. I – VI. Franckf. u. Leipz. 1732. – St. VII – XII. ibid. 1732. 33. Voll. II.

6511. Acten - mäßiger Bericht von der jetztmaligen schweren Verfolgung derer Evangelischen in dem Erz-Bisthum Saltzburg. Franckf. u. Leipz. 1732.

6412. Burc. Gotth. Struvens ausführliche Historie der Religions - Beschwerden zw. denen Röm. Catholischen und Evangelischen im Teutschen Reich. Tom. I. von der Zeit der Reformation an bis auf den Westphael. Frieden. Leipz. 1722. Tom. II. von dem Westphäl. Frieden an bis auf gegenw. Zeit. Ibid. eod.

6413. Carolus Magnus, exhibitus - Confessor - Veritatis euangelicae August. Confessione repetitae — uindicatus auct. Christian. Nifanio. Francof. 1679. – Ecclesiae ac doctrinae Lutheranae ueritas – uindicata aut. eod. Giess. Hassor. 1662.

6414. La reunion des Protestans de Strasbourg a l'Eglise Romaine – par le P. Iean Déz. A Strasb. 1687.

Libelli non ubiuis obuii, in notationibusque multa exhibentis, quae lectu omnino digna, ut, quando secundum Lutheri sententiam incipiat actio Sacramentalis in Altaris Sacramento — pag. 179. not. c. — exemplum purissimum atque optimae omnino conditionis.

6415. Die alte und neue Böhmische Brüder, als deren Historie – aus richtigen Vrkunden hergeleitet – von M. Georg. Cunr. Rieger. Züllich. 1734.

6416. Veberzeugende Belehrung vom Vrsprung und Wachsthum des Pabstthums – aus authentiquen Vrkunden – von Ernst. Sal. Cyprian. Aufl. 4. Franckf. 1726.

6417. Vberzeugende Belehrung vom Vrsprung und Wachsthum des Pabstthums – von Ernst Sal. Cyprian. Gotha 1721.

Liber admodum praestans, qui ob documenta testimoniaque, fide dignissima, eaque etiam de causa, quod tradit talia, quae sunt minime uulgaria, maxumi aestimandus uidetur. Prodiit plus simplici uice, de quo uidend. b. Walchius in Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 582. cuius notitiis paucula haec addimus, edit. Francof. ann. 36. octon. optimam existimari et locupletissimam, eamdemue autem nouissime in lucem datam Cur. 1769. octon.

6418. a) Evangel. Geschichts - Calender Iesu Christi – von Gottfr. Hoffmann. Lauban 1697.

b) Curieuser Geschichts - Calender des – auserwehlten Mannes D. Mart. Lutheri – zur Erläuterung der Kirchen – Historie des vorigen Iahr - Hunderts – Leipz. 1697.

c) Curieuser Geschichts - Calender – über das Leben etc. Philipp. Melanchthonis – von F. C. F. Franckf. u. Leipz. 1698.

d) Curieuser Geschichts - Calender über das Leben Ioh. Caluini. Halle 1698.

Melanchthonis imago inserta. At imagines Lutheri et Caluini uidentur rescissae. — Ceterum Volumen omne, huiusque singulae partes optime conseruatae.

6419. Kirchen Calender. In welchem nach ordnung gemeiner Allmanach, die Monat, Tage, vnnd Fürnembsten Feste des gantzen Ihars mit jhrem gebrauch – verfasset – mit vilen schönē Figuren – Casp. Goldtwurm Athesinus. Gedr. zu Franckf. am Mayn 1597.

Exemplum libelli, ligneis figuris distincti, omnino purum. Vid. quae de h. libr. supra iam scripsimus ad nr. 4793. not. substrata.

6420. Historia gestorum in Ecclesia memorabilium ab ann. 1517. ad ann. 1546. Auth. M. D. De la Bizardiere, Equite. Paris. 1700.

Tribus decadibus hicce libellus absoluitur, cuius optima dos typorum stylique elegantia, argumenti ueritate per uniuersum fere neglecta.

6421. Philipp. Cyprii Chronicon Ecclesiae graecae. Primus e Mspt. Byzantino edidit, latineque uertit Nic. Blancardus - Henr. Hilarius recensuit - emendauit - commentaria et nott. addidit - access. Appendix. Lips. et Francof. 1687.

De hoc libello, qui et prodiit graece c. lat. uersione et Angeli libro de statu hodiernorum Graecorum add. Fehlauii lat. interpretatione Franeq. 1679. quatern. — hac de causa neutiquam negligendo, sed ob laudandam editoris operam in illo emendando, illustrando, continuando positam, magni aestimando, vid. b. Walchius in Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 341. ubi et obseruatum, esse Chronicon hocce etiam graece et latine in Banduri Imperio Orientali Tom. I. pag. 218. typis iteratum.

6422. Status praesens Ecclesiae graecae - aut. Alex. Helladio. Impr. A. R. S. 1714.

Liber rarus dicitur, duce Bibl. Feuerl. pag. 420., etiam in Cat. libb. rarr. uniu. Tom. II. pag. 88.

6423. Historie von denen Begebenheiten, Streitigkeiten und Trennungen - der Tauffgesinnten oder Mennonisten - von ihrem Vrsprung an bis 1615. - aus dem Holländ. in die Hochteutsche Sprache übers. und vermehrt von Ioach. Christ. Iehring - mit Vorr. Io. Franc. Buddei. Ien. 1720.

6424. Iac. Frid. Reimmanni Historia uniuersalis Atheismi et Atheorum rel. Hildes. 1725.

6425. Abrah. Sculteti Annalium Euangelii passim per Europam XV. Sec. renouati Decas I. Heidelb. 1618. - Decas II. ibid. 1620.

Exemplum rarioris libri bene maximam partem seruatum. Decadis II. pag. 485. 86. emendata adparet char-

ta adglutinata, sic ut ipse textus reperiatur mancus. — De raritate testimonium exhibet Cat. libb. rarr. uniuers. Tom. IV. pag. 58. praeeuntibus Bibl. Salthen. pag. 389. et Thomas. Tom. I. pag. 382. — Ceterum et hoc obseruamus, repetitos typis hos inueniri Annales in immortalis Hardtii Hist. liter. Reformat. P. V. pag. 1. sqq.

6426. Historia Christianorum, qui in Belgio Foederato inter Protestantes Mennonitae appellantur - adiecta accurata disquisitione, de antiquitate Baptismi Proselytorum inter Iudaeos - per Herm. Schyn. Amst. 1723.

De hac editione priori, cuius exemplum, nostris in scriniis seruatum, optimae conditionis reperitur, uideatur b. Walchius in Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 797. ubi et de posteriori huiusque tralatione in linguam belgicam, aut. Gerard. Maatschoenio, quae tertia adeo parte prodiit aucta.

6427. a) Ioa. la Placete, Benearni, Obseruationes hist. ecclesiasticae. Amstel. 1695.

Scriptum lectu dignissimum, de cuius argumento uidend. b. Walchius in Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 885. sq.

b) Melch. Leydeckeri de Historia Iansenismi Libri VI. Traj. ad Rhen. 1695.

Citatur in b. Walchii Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 811. sq.

6428. Historia Conciliorum generalium. Lib. II. auct. M. Edmundo Richerio. Colon. 1683. - Lib. III. ibid. eod. - Lib. IV. Prtt. II. ibid. eod.

Haec h. uoluminis editio manca. Desideratur nimir. liber I. Verum hicce lib. I. occurrit inter Vol. quadripart. formae nr. 5012. qui hoc modo particula editionis primae, de qua statim. — Edm. Richerii liber insignis admodum, notatuque maxime dignus. Prima edit. prodiit Colon. potius Paris. Tomm. III. ann. 1680. quatern. iterata dein Colon. 1683. octon. Vid. b. Cottae Versuch

einer ausführl. Kirchen-Historie d. N. T. Tom. I. Tübing. 1768. octon. mai. pag. 73. not. 80. — Quod autorem ipsum adtinet, dicitur ille b. Buddeo, uir eruditus non minus, quam ingenuus ac cordatus, idemque Monarchiae Papalis strenuus impugnator — De opere ipso, in IV. libros distinctum, ait, post autoris obitum Colon. ann. 1683. octon. istud prodiisse. Vid. Io. Francisc. Buddei Isagoge etc. Lips. 1730. quatern. pag. 708. a.

6429 – 33. Büdingische Samlung einiger in die Kirchen-Historie einschlagender, sonderlich neuerer Schrifften. Band I. oder St. I – IV. Leipz. 1742. B. II. oder St. V – VIII. ibid. eod. B. III. od. St. IX – XII. ibid. 1743. B. IV. od. St. XIII – XVI. ibid. 1744. B. V. od. St. XVII. XVIII. una c. Supplemento in fin. addito.

6434. M. Io. Vlr. Steinhoferi Graecia Sacra h. e. ritus et consuetudines ueterum Graecorum circa Sacra – Praecedit opusculo Historia Graeciae liberae. Tubing. 1734.

6435. a) De tribus Historicis Concilii Tridentini, auct. Caes. Aquilinio. Amst. 1662.

Exemplum libri rarissimi elegans atque omnino purum. Vid. Cat. libb. rarr. uniuers. Tom. I. pag. 27. De autore librique argumento uid. b. Walchii Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 863. sq.

b) Das gegen einander gehaltene Luthrische und Catholische Iubel-Iahr. Gesprächweifs vorgestellet von P. Ioa. Kraus. Alt-Statt Prag 1716.

c) Historischer Beytrag für das zweyte Luthrische Iubel-Iahr – Den Luthrischen Worts – Dienern – zum Geschencke praesentiret von P. Ioa. Kraus. Ibid. eod.

6436. Historia B. Lutheri oder Histor. Nachricht von der Geburt, Lehre, Leben und Sterben des Seel. D. Mart. Luthers – mit 16 Kpff. Augsp. 1750.

Figurae omnes coloribus tinctae.

6437. Wilh. Ernst Tentzels histor. Bericht vom Anfang und ersten Fortgang der Reformation Lutheri –

nebst Vorr. Vhrkunden und Registern mitgetheilt von D. Ernst Sal. Cyprian. Der andereDruck. Leipz. 1717.

Scripti utilissimi exemplum eximium, uerum cuius Tom. secundus desideratur, qui prodiit ibid. 1718. Vid. b. Walchii Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 628. 29.

6438. Lettre de Mr. l'Abbé S*** a Mlle de G*** Beguine d'Anvers, sur l'origine et le progres de son institut - avec figg. a Paris. 1731.

6439. a) Les Provinciales ou les lettres ecrites - par Louis de Montalte - a Cologne 1666.

Raritatis stellula notatur in Bibl. Christ. Tom. II. pag. 101. sq. ea duce in Cat. libb. rarr. uniuers. Tom. III. pag. 87. ubi tamen notatio form. duoden. delenda uidetur, et ponendum — octon.

b) Censura S. Facultatis Theol. Parisiensis in librum Amad. Guimenii Lomarensis - opusculum singularia uniuersae fere Theologiae Moralis complectens - Paris. 1665.

c) La Theologie morale des Iesvites et nouveaux Casuistes - divisee en cinq Parties - a Cologne 1666.

Haec omnia, uno Volumine contenta, optimae reperiuntur conditionis, nec nimis obuia, ut supra iam sub h. num. lit. a indicauimus, testibus ducti non contemnendis.

6440. Idem omnino scriptum, quod ad argumentum, a nobis num. proxime antecedente recensitum; at anni diuersi, nimirum 1659.

Exemplum optime seruatum omnimodaeque puritatis. Praeterea editio haecce antiquior priorem recentiorem typorum elegantia superare uidetur.

6441. a) Origines equestrium s. militarium Ordinum. Libri duo. Aubert. Miraeus Bruxellens. scrutando publicabat. Edit. alt. auct. Colon. Agripp. 1638.

Scriptum insignis raritatis. Vid. Cat. libb. rarr. uniu. Tom. III. pag. 77.

b) Deliciae equestrium s. militatium Ordinum et eorundem origines, statuta etc. Iconibus additis genuinis – Stud. et industria Francisc. Mennenii. Col. Agripp. 1638.

Ob raritatem commendatur in Bibl. Salthen. pag. 583. eaque duce in Cat. libb. rarr. uniuers. Tom. III. pag. 61.

c) Cyprium bellum inter Venetos et Selymum Turcarum Imper. gestum. Libri III. Auth. Petr. Bizaro. C. ind. locupletiss.

d) Pannonicum bellum, sub Maximiliano II. Rom. et Solymano Turc. Imperatoribus gestum – per Petr. Bizarum Basil. per Sebast. Henricpetri. In fin. Basil. per Seb. HenricPetri ann. 1573. m. Febr.

Volumen, cui plurima insunt a raritate, ut supra iam indicauimus, optimaque conditione commendabilia. In primis de Aub. Miraei scriptis tenendum, ea omnia raritatis prae se ferre laudem.

6442. Christiani Gryphii kurtzer Entwurff der Geist- und Weltlichen Ritter-Orden – vermehrter herausgegeben. Leipz. u. Breſslau. 1709.

6443. Kurtzer Entwurff der Geist- und Weltlichen Ritter-Orden. Leipz. 1697.

6444. a) Nicol. Gürtleri Historia Templariorum obseruatt. eccles. aucta. Amstel. 1691.

Splendidum libri elegantis exemplum, typis maioribus in celeberr. Henr. Wetstenii officina exscriptum. Prodiit auctior editio ibid. 1703. octon. Vid. b. Walchii Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 507.

b) Iacobi I. F. F. Gronouii supplementa lacunarum in Aenea Tactico. Dione Cassio et Arriano de expeditione Alexandri. Lugd. Batau. 1675.

Libellus elegantissimus optimaeque frugis, ut omnia, quae Gronouiorum nomen, immortalitate inter ueri nominis eruditos cum maxime dignum, prae se ferre uidentur.

c) Bened. Picteti de consensu ac dissensu inter Reformatos, et August. Confessionis Fratres, dissertatio. Amstel. 1697.

Varia utilissimaque lectione referti libelli exemplum elegans.

6445. Nic. Gurtleri Historia Templariorum. Ed. 2. auct. Amstelaed. 1703.

Elegantia typorum, omnimodaque puritate sese unicuique optime commendans exemplum. Eius integumentum ex una parte solutum — Ceterum conferantur, quae supra notauimus ad num. 6444. lit. a. obs. subiecta.

6446. Augustus Velleris aurei Ordo per emblemata, ectheses politicas et historiam demonstratus, c. Parergis de illustriss. Domibus Lambergiana et Scaligerana. Auth. Augustino Erath. Ratisb. 1697.

Notatur haecce huius libelli ut insigniter rara editio in Bibl. Salth. pag. 584. Clement. Tom. VIII. pag. 90. et hisce ducibus perquam fidis obtemperando in Cat. libb. rarr. uniuers. Tom. I. pag. 253.

6447. Eigentlicher vnd gründlicher Bericht dessen, was zu einer volkommenen Erkantnufs vnd wissenschafft des Hochlöbl. Ritterl. Ordens S. Iohannis von Ierusalem zu Malta vonnöthen. Sec. edit. d. Christ. von Osterhausen – vermehrt vnd mit vilen schönen Kpffstichen geziehret. Gedr. zu Augsp. d. Andr. Aperger, auff vnser lieben Frawen Thor. Ann. 1650.

Optimae conditionis exemplum libri neutiquam nimis obuii ac frequentis.

6448. Regla de la Orden y Cavalleria de S. Santiago de la Espada. – Compuesto por el Doctor Francisco de la Portilla. En Anveres 1598.

Huius scripti semoto omni dubio perrari mentio fit in ill. Meusel. Bibl. hist. Vol. VI. P. I. pag. 439. — Exemplum, cuius sic se habet conditio, ut in ea omnino nihil sit desiderandum.

6449. Della origine de' Cavalieri di M. Francesc. Sansovino Libri quattro – In Vinegia 1583.

Purissimum rarissimi libri exemplum, nec sine figuris, quae ipsae suâ neutiquam destitutae adparent ele-

gantiâ. — De insigni eius raritate testimonium praebet post Bibl. Salthen. pag. 584. Cat. libb. rarr. uniuers, Tom. IV. pag. 20.

6450. Condotta navale e vera relatione del viaggio da Carlistot a Malta dell' illustriss. – Sig. Gioanni Gioseppe d'Herberstein – per opera del P. Fra Francesco Scallettari. Stampata in Graz. 1688.

Opusculum duabus absolutum partibus, quae uariis figuris ornatae reperiuntur.

6451–54. Histoire des Chevaliers hospitaliers de Saint Iean de Iérusalem – Par M. l'Abbé de Vertot. Derniere Edit. revue, corrigée et augmentée Tom. I. a Amst. 1780. Tom. II. ibid. eod. Tom. III. ibid. eod. Tom. IV. ibid. eod. Voll. IV.

Exemplum operis elegantis ac sumtuosi fere recens sine omni sectura, chartâ coloratâ inuolutum.

6455–57. Histoire de l'Ordre Teutonique. Par un Chevalier de l'Ordre. Tom. I. a Paris et a Rheims. 1784. Tom. II. ibid. eod. Tom. III. ibid. eod. Voll. III.

Eadem et de hoc dicta sunto, quae de proxime praecedente.

6458. Iac. Perizonii Origines Babylonicae et Aegyptiacae, Tomm. II. Lugd. Bat. 1711.

Vno Volumine comprehensi Tomi duo, quibus uniuersum opus elegantissimum absoluitur. Thesaurus eruditionis — profanae, sacrae — optimo iure dici merentur, e quo Theologi, Philologi, Historici, Geographi notitias selectissimi generis haurire atque in usum suum opportune possunt conuertere. Is ipse est, primus qui docuit, recte ac ut par est sentire multis de locis biblicis, quorum sensus uerus iustusque latitarat in obscuro, imo tenebris implicatus, in quibus remouendis Theologorum summorum opera atque studium plus uice simplici abiit in uanum. Vt unum tantum illustrationis ergo proferamus, — multis aliis, maioris forsitan momenti, omissis — reiicimus lectorem ad ea, quae Vir sum-

mus Tom. I. pag. 198. sq. et in nouiss. edit. infra laudat. Tom. I. cap. XI. pag. 258. sqq. — ubi et alia obseruatu ponderatuque dignissima — de Hebraico שם eiusque uera iustaque significatione monuit, quibus tenendis iam sensus multorum locorum biblicorum planior fluit, quam aliis omnibus explicationibus, ab aliis antea prolatis. Cuius in sententiam abit et b. Io. Aug. Dathe, Philologus olim Lips. celeberrimus, qui illam uocis שם significationem, a Perizonio propositam, copiose repetitam proponit in Praefat. lectu cum maxime digna, praemissa Brian. Waltoni in Bibl. Polyglotta Prolegomenis ab illo editis Lips. 1777. octon. mai. Pag. XII — XIV. — Dolendum, huncce librum, cui pauci admodum comparandi, a non paucis nostri praesertim hominibus aeui, ignorari, saltem in aliorum, iuniorum praecipue, usum et commendationem negligi. Talia scripta nobis fontes merito dicuntur, qui riuulis longe praeferendi, pure nequaquam, saepius admodum impure fluentibus. At arcent plurimos ab illis cognitionis solidae incuria, linguarumque inscientia, quae indies magis magisque alitur edendis scriptionibus ponderosissimi quidem argumenti, at hoc modo compositis, ut non eruditorum lingua, romana scilicet perscripta, sed uernaculo sermone elaborata mittantur de die in diem magnâ copiâ in publicum. O si redirent tandem denique meliora tempora omnibus omnino uotis expetenda, ne praesertim iuniorum animos omnimodus Literaturae Romanae contemtus, ex huius ignorantia maximam partem ortus, tandem penitus occupet et s. p. Verum satis de his. Obseruamus, huius eximii operis meliorem adhuc auctioremque prodiisse editionem, notationibus uarii exquisitique generis locupletatam c. h. inscriptione: Iac. Perizonii Origines rel. Ed. sec. Cui praefationem et alia quaedam addidit Car. Andr. Dukerus Traj. ad Rhen. 1736. Voll. II. quae tamen nostris in scriniis literariis proh dolor! desideratur.

6459. Carthago s. Carthaginensium respublica, quam ex totius fere antiquitatis ruderibus primus instaurare conatur Christoph. Hendreich. Francof. ad Oderam. 1664.

De hoc libro, cuius argumentum docta compilatio iure meritoque dicitur ill. Meuselio, vid. idem ille in Bibl. hist. Vol. III. P. I. pag. 104.

6460. Ius publicum Romanorum i. e. fasciculus arcanorum status reipubl. Rom. descriptorum praecipue opera clariss. autorum, ut I. L. Fenestellae de Sacerdotiis et Magistratibus Romanorum. II. Pomponii Laeti, de Magistratibus Roman. etc. III. Nic. Gruchii de Comitiis Romanorum. IV. Iusti Lipsii octo tractatus etc. – cura Io. Godeschalci Clausingii. Lemgou. 1726.

Conlectionis neutiquam spernendae exemplum bene satis seruatum. Tituli auersae parti quaedam adscripta, uerum sic obliterata, ut uix ac ne uix quidem possint amplius cognosci.

6461. Considerations sur les causes de la grandeur des Romains et de leur decadence. a Amsterd. 1734.

Libelli elegantissimi, cuius autor Car. Ludou. de Secondat, Baro de Montesquieu, exemplum admodum praestans. Opusculum uidetur Philologis utilissimum. Constat tribus et uiginti Capitibus, quorum in primo de rerum Rom. initiis — in ultimo de duratione Imperii Orientalis, huiusque destructione. De huius opusculi praestantia, ut et de uariis eius editt. ac translationibus germanicis uid. ill. Meuselii Bibl. hist. Vol. IV. P. I. pag. 197. sq.

6462. Le Portrait d'Alexandre le Grand. Dedié a Monseigneur le Dauphin. a Paris. 1641.

6463. Spicilegia antiquitatum Aegypti atque ei uicinarum gentium. Auct. Guliel. Iameson. Glasguae 1720.

Libellus elegantissimus, Literaturae exoticae atque elegantioris studiosis amantibusque non satis commendandus. In hoc praestantissimo opusculo multa, eaque

grauissimi argumenti, conlecta in unum, multa subtiliter explicata, multa notata, quae a maximi nominis Viris in Scriptis eorum, eruditionis elegantioris encomiis a quouis fere non inerudito dudum ad coelum usque elatis, fuere prolata in medium, rationibusque neutiquam spernendis confirmata, multa noua luce conlustrata, quae Philologis, Theologis, Geographis, Historicis magnam praebeant utilitatem, lectu ponderatuque omnino digniora, quam multa e multis, quae nostro aeuo protruduntur quasi in lucem. At non argumenti solum praestantia, sed externa etiam conditio commendat libellum — typorum nitor, chartae uenustas, omnimoda puritas — quibus omnibus accedit uenerandum nomen Ern. Sal. Cypriani, manu Viri in libri titulo expressum. — Dictionis inaequalitas, uitiorumque typographicorum cumulus — haec sunt, quae reprehendit in hoc opusculo ill. Meusel. Bibl. hist. Vol. II. P. II. pag. 350.

6454. Regum Spartanorum et Messeniacorum, qui post Pelopidas et Nelidas regnarunt, familiae – Auct. Reinero Reineccio Steinhemio Lips. Ioh. Rhamba excud. 1573.

Libelli rarissimi, cuius tamen nulla mentio in Cat. librr. rarr. uniuers., suo igitur loco inserendi, exemplum satis bene seruatum. Perpauca in eius margine adnotata.

6465. a) Familiae Regg. Argiuorum et Mycenaeorum, quae Inachi – et Pelopidarum nominibus celebratae, generis antiquitate – maxime ap. Graecos floruerunt. Editae a Reinero Reineccio Steinhemio. Ann. 1571. In fin. Witebergae excud. Clem. Schleich et Anton. Schöne.

b) Familiae Regg. Thebanorum – aut. eod. Reinero Reineccio Steinhemio. Lips. Ioh. Rhamba excud. ann. 1572.

c) Famila Seleucidarum – additis – Regg. Comagenae et Bithyniae. Auct. Reinero Reineccio Steinhemio. Witeb. 1571.

Conlectio libellorum, in rarissimorum classe ponendorum, optime seruata, et sine omni impuritatis macula. Et haecce digna omnino, quae inseratur Cat. libb. rarr. uniuers.

6466. Ioa. Sarii Zamosci de Senatu Rom. Libr. duo. Access. de Magistratibus Romanorum et Graecorum libb. III. auth. Ioach. Perionio ir. de Atheniensium Magistratibus – libellus Wilh. Possardi – Argent. 1608.

A raritate commendatur haecce conlectio Freytag. Adpar. Tom. III. pag. 317. sqq. aliisq. Bibliographis, laudatis in Cat. libb. rarr. uniu. Tom. IV. pag. 319.

6467. Guil. Postelli de Magistratibus Atheniensium liber – notulis atq. commentario illustratus a Io. Frider. Hekelio. Lips. 1691.

De raritate scriptorum Io. Frid. Hekelii testatur Cat. librr. rarr. uniuers. Tom. II. pag. 87. quorum indiculus absolutus inuenire est in Lit. Wochenbl. Tom. I. pag. 169. sqq. 329. sqq. Tom. II. pag. 123 et 267.

6468. Hegesippi de bello Iudaico et urbis Hierosolymitanae excidio libri quinque. Access. annotatt. ac scholia Corn. Gualtheri. Colon. 1575.

Conferatur de hoc et aliis rerum Iudaicarum scriptt. b. Walchii Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 71. De uariis editt. atque interpretationibus uid. ill. Meusel. Bibl. hist. Vol. I. P. II. pag. 282. 83. Quas inter, rarissima, quae prodiit Parrhisiis ex aedibus Ascens. ann. 1510. fol. Vid. Cat. libb. rarr. uniu. Tom. II. pag. 85. ibique laudat. Engel. spicileg. pag. 13. it. eiusd. Cat. uniuers. Supplem. Tom. I. pag. 18. 19. ibique citat. Freytag. Adpar. Tom. I. pag. 7.

6469. Romanorum Principum effigies: c. Historiarum annotatione: nunc aucta – op. Ioan. Sambuci. Ed. tert. Ann. 1552. In fin. Argentor. ap. Vuolf. Cephalaeum.

6470. De migrationibus populorum Septentrionalium – et de ruina imperii Rom. liber, factus ex Ital. ser-

mone Lat. per Hieron. Turlerum c. ind. 1564. Franc. ap. haered. Chr. Egen.

Excerptus hicce libellus e Nicol. Machiauelli Historiae Florentinae Italice scriptae libro primo. Vid. ill. Meusel. Bibl. hist. Vol. I. P. I. pag. 360.

6471. a) Engelberti, Abbatis Admontens. de ortu et fine Rom. Imperii liber. c. Gasp. Bruschii praefat. Access. eiusd. Bruschii Hodoeporicon Bauaricum, in quo uaria de die extremo coniiciuntur. Basil. per Ioa. Oporin. In fin. 1553. m. Iulio.

De nostra, aliisque editt. h. scriptoris, finem imperii Rom. sequuturum esse mundi finem somniantis — uid. ill. Meusel. Bibl. hist. Vol. IV. P. I. pag. 186.

b) Miscella antiquae lectionis. Cuius IV. monumenta, in Praef enumerata, in publ lucem reduxit suis impensis Sim. Paulli Bibliopola. Argent. 1664.

Voluminis huius utrumque exemplum optimae conditionis inuenitur.

6472. Ioa. Bisselii Reipublicae Rom. ueteris ortus et interitus. Diling. 1664.

Elegans exemplum, charta scriptoria typis exscriptum cuius sectura deaurata. — In rarioribus ponendum scriptum, inserendumque Cat. librr. rarr. uniuers.

6473. Historiae miscellae a Paulo Aquilegiensi Diacono primum collectae, post etiam a Landulpho Sagaci auctae Libri XXIV. — nunc ex uariis msceptis illustrati et editi ab Henr. Canisio. Ingolstad. ann. 1603.

Rarae admodum conlectionis uolumen optime seruatum. Sub operis finem farrago uarr. lectt. addita. Et haec scriptio Canisiana desideratur in Cat. libb. rarr. uniuers. digna omnino, quae addatur.

6474. a) Familiae Regum Thebanorum — aut. Reinero Reineccio Steinhemio. Lips. 1572.

b) Libellus continens orationes quasdam de uita, pia et constanti confessione et obitu illustriss. Alberti, Senioris, Marchionis Brandenburgensis collect.

atque editus a Dau. Voito D. Witeb. excud. Io. Schwertel 1572.

c) Epistolae aliquot M. Antonii Flaminii, de ueritate doctrinae eruditae et sanctitate religionis, in lat. ueterem sermonem conuersae ex Italico hodierno, nec non narrationes de Flaminio, et aliis quibusdam etc. editae a Ioach. Camerario. Norimb. in offic. Dieterichi Gerlacij. 1571.

De hoc libro rarissimo uid. Schelhorn. Amoenitatt. liter. Tom. XI. pag. 1148. Eiusd. Amoenitatt. Hist. eccles. Tom. II. pag. 87. Baumgart. Hall. Bibl. Tom. VI. pag. 154. Clement. Tom. VIII. pag. 364. sqq. Freytag. Anal. pag. 341. Bunem. pag. 115. et post hos omnes, aliosue plures, quos libenter omittimus, etiam Cat. bibl. rarr. uniuers. Tom. I. pag. 293. — Ceterum omnes h. Vol. partes, e quibus compositum, optimae reperiuntur conditionis, omnimodaque gaudent puritate.

6475. a) Casp. Abels teutsche und sächsische Alterthumer – samt einer noch nie gedruckten Nieder Sächsischen uhralten Chronick. Braunschw. 1729.

b) Eiusd. Sächsische Alterthümer. Ibid. 1730.

6476. Reichs-Geographia – durch Mart. Zeilern – continuiret und mit Land-Charten gezieret d. Hieron. Dicelius. Leipz. 1689.

6477. M. Z. Itinerarii Germaniae Nou – antiquae compendium d. i. Teutschlandes neu-verkürtztes Räisebuch. Vlm. 1662. add. mappa geograph.

9478. Christ. Friedr. Goldschadts Histor. Nachrichten oder Beschreibung derer Marktflecken, Stiffter, Clöster etc. in Deutschland – nebst Vorr. Gottl. Stolles. Leipz. u. Langensalza 1737.

Exemplum, charta scriptoria, omnino uacua atque pura, distinctum.

6479. Das erneuerte Alterthum oder curieuse Beschreibung einiger – Bergschlösser in Teutschland – von Melissantes. Franckf. und Leipz. 1713.

6480. Neueröffneter Schauplatz denckwürdiger Geschichte, auf welchem die Erbauung und Verwüstung

vieler berühmten Städte etc. in Teutschland praesentiret wird – in zwey Theilen ausgef. von Melissantes. Franckf. u. Leipz. 1715.

6481. Eliae Schedii de DIs Germanis – Syngrammata IV. Amsterod. 1648.

Libelli elegantissimi, copiosa admodum uariaque lectione referti, exemplum elegans, quod nitidissimis descriptum typis, omnimodaque instructum puritate inspicientium unicuique se statim insinuabit. — Ceterum haec est prima libelli editio, Bibliographis ob eius insignem raritatem memorata. Vid. Bibl. Salthen. pag. 400. Bibl. Christ. Tom. II. pag. 340. Bibl. Feuerlin. pag. 491. His omnibus adde Cat. libb. rarr. uniuers. Tom. IV. pag. 33. Conf. et Bibl. Vffenbach. uniuers. Tom. II. pag. 373. nr. 63. — Idem libellus typis repetitus non sine additamentis Hal. Sax. 1728. octon. — de quo b. Struuius in Bibl. hist. sel. edit. Christ. Gottl. Buder. pag. 693. ubi etiam quam adcuratissime descriptus.

6482. Germaniae ueteris et nouae descriptio adcuratissima – ab Andr. Althamero, sub titulo Commentariorum in Cornelium Tacitum olim edit. – Francof. 1627.

Bene seruatum optimi libelli exemplum, qui et Noribergae prodiit 1558. quatern. — in perraris recensenda editio. Vid. Cat. libb. rarr. uniuers. Tom. I. pag. 16. et Suppl. Tom. I, pag. 59. ibique laudatt. autt. At nostra, quamquam inuentu perdifficilis, ibi omissa, digna, quae reliquis addatur.

6483. B. Io. Mich. Dillherri de Historia priscae Germaniae commentatio posthuma c. obseruatt. It. B. Io. Henr. Hagelgansii de prisca Germanorum aetate dissertatio. Acc. Vlr. Hutteni Arminius. Francof. et Lips. 1718.

Reuocandum hic nostratibus in memoriam, ne desinant, esse memores b. Dillherri, de Ecclesia Norimbergensi, ut et de Gymnasio ibi adhuc florente, iamque magis magisue reuiuiscente, summe meriti, cui non scripta solum

lum, sacrâ profanâque literaturâ refertissima, — inter quae et supra descriptum omnino referendum, — debemus, sed conlectionem etiam elegantissimorum, rarissimorum ac sumtuosorum librorum, quam Noricae ciuitati testamento legauit, prope aedes D. Sebaldo dicatas adseruandam atque hactenus uere adseruatam. Idem ille est, qui et Bibliothecam publicam Noricam, in Dominicanorum monasterio locatam, insigniter ditauit. O ciues, ciues, sacra sit, maneat uobis Viri doctissimi, laboriosissimi, optimeque et post fata merentis, memoria. Profecto, si quis, hic in primis tali cultu dignissimus.

6484. Ioh. Molleri Isagoge ad Historiam Chersonesi Cimbricae chorographicam, naturalem, antiquariam rel. quadripartita; s. αποσπασματιον Cimbriae literatae, scripta – concinno ordine enumerans – Hamb. 1691. P. II, Lips. 1692. P. III. ibid. eod. P. IV. et ult.

Argumentum huius notissimi ac perutilis scripti breuibus indicat b. Walchius in Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 272. Citatur in Cat. Bibl. Rinq. pag. 584. nr. 4795. editio eadem quidem, at in hoc diuersa, quod Pars tertia non Lipsiam, sed Francofurtum in tituli fronte prae se fert, ni forsitan typographicus error in hoc lateat, de quo, si uelint, alii dispiciant.

6485. Antiquitates Germanorum potissimum Septentrionalium selectae – aut. Io. Christph. Cleffelio. Francof. et Lips. 1733.

Libellus optimae frugis, uaria satisque copiosa lectione refertus, cuius adcurata perscrutatio, non antiquitatis studiosis solum, sed et Theologiae studio deditis admodum prodesse posse uidetur.

6486. Das alte Teutschland oder Caj. Cornel. Tacitus, von der Lage, den Sitten und den Völckern Germaniens. Mit Anmerckung. Berlin 1724.

6487. D. Carl Friedr. Schöpffens Nordgau – Ost-Fränckische Staats-Geschichte der gewesenen Marggrafen auf dem Nordgau, und Grafen zu Francken, gemeiniglich von Babenberg und Schwinvord ge-

nannt – Hildburgh. 1758. Tom. II. ibid. 1754 c. append. Tom. III. ibid. 1764. c. append.

6488. Lud. Petr. Giovanni Germania Princeps. Volumen S. R. Imperii Electores complexum Hal. Hermundur. 1702.

Liber rarus dicitur post Freytag. in Anal. pag. 58; in Cat. libb. rarr. uniuers. Supplem. Tom. II. pag. 109.

6489. Lud. Petri Giovanni Germania Princeps – prodi ex authographo auctoris multo quam antea locu pletius et castigatius. Vlm. 1752.

Exemplum, quod typis elegantibus exscriptum i charta maioris formae, et tabulis aeneis ornatum adm dum commendabile.

6490. 91. Eiusd. Germania Princeps – edit. noua auctior Halae Venedorum. 1711. c. figg. Voll. II.

Vltima haec huius libri editio ualde rara laudat post Vogt. pag. 309. in Cat. libb. rarr. uniuers. Tom. II pag. 30.

6492. a) Entwurff der Reichs - Historie Ioh. Petr. Ludewig ICt. Ed. 2. Wendisch - Halle 1710.

b) Histor. Anzeige von denen Privilegiis des hochl Ertzhauses Oesterreich, zum andernm. aufgel. sam beygedr. Chur - Mayntz. Vidimus gedachter Pri legien. P. W. V. H. Regensp. 1708.

c) Iustini Presbeutae discursus de Iure Legatio Statuum Imperii. Eleutheropoli. Ann. 1701.

d) Ausführl. Bericht, was bey Absendung Hrn. Fr drich u. Krekwitzes – als Oratoris nach Const tinopel mit dem Hrn. Oratore selbst, als de Seinigen vorgelauffen aufges. von Fridr. Seidel nebst Vorr. und einigen Anmerkungen in Dr gegeben von M. Salom. Hausdorffen. Görl 1711.

Hae singulae h. Voluminis partes optime serua atque omnino purae.

6493. Tabularum Litterarumque ueterum usque huc n dum editarum Spicilegium – Acc. Δωδεκας eiu

generis epistolarum. Georg. Christ. Ioannis publ. iuris fecit c. indd. Francof. ad Moen. 1724.

Conlectio uarii atque perutilis argumenti iis etiam, qui Reformationis Historiae studiosi. Quo pertinent plures in Dodecade obuiae, ab elegantia, simul et simplicitate, commendabiles epistolae. — Exemplum nostrum optimae inuenitur conditionis.

6494. 95. Iac. Car. Spener Historia Germaniae uniuersalis et pragmatica – c. perpetuis Nott. et copiosis Indd. Lips. et Hal. 1716. Eiusd. Libri VI. posteriores. Hal. Magdeb. 1717. Voll. II.

Libri satis noti atque egregii exemplum optimae conditionis. Vid. Struuii Bibl. hist. sel. edit. Buder. Ien. 1740. octon. mai. pag. 759.

6496. Sam̃lung etlicher noch nicht gedruckten alten Chronicken, als der Nieder-Sächsischen, Halberstädtschen, Quedlinburgischen, Ascherslebischen und Ermslebischen – samt einer Zugabe zu den teutschen und Sächsischen Alterthümern – von Casp. Abeln. Braunschw. 1732.

6497. Nützliche Sammlung verschiedener meistens ungedruckter Schrifften, Berichte, Vrkunden, Briefe, Bedenken, welche zur Erläuterung der Natur und Völcker besonders Teutsch. Staats- und Lehn-Rechten auch Kirchen- Politischen und gelehrten Historien dienen können mit einigen Anmerk. erläutert herausgegeb. von Christ. Gottl. Buder, D. Franckf. und Leipz. 1735.

6498. D. Nic. Hieron. Gundlings Abriſs zu einer rechten Reichs-Historie – Halle in Magdeb. 1707.

6499. Christ. Gottl. Pitschmanns Kern – Historie des H. Röm. Reichs Teutsch. Nation – Zittau u. Leipz. 1722.

